



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadolet, Jacopo

[Francofurti], 1607

Iacobi Sadoleti S.R.E. Card. Epistolarvm Liber XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

fana, sed posteritatis etiam & generis, horum mortalium & ter-
renorum bonorum possit comparari. Sed de his satis. Fae mi Mar-
cella humanissime vt valeas, nosq; tui amantissimos vt diligas.
Vale. Carp. 17. Calend. April. M.D.XLI.

IACOBI SADOLETI S. R. E.
CARD. EPISTOLARVM LI-
bet XIII. Epist. I.

IAC. SADOLETUS S. R. E. CARDIN.

Iamni Maria Montio S. R. E. Cardinali, S. P. D.

ADVENTVS huc Poli amplissimi collegæ nostri, &
magnum mihi dolorem attulit, vt tu quoq; futurum
vicias, & non minorem etiam voluptatem. videre e-
nam hominem amicissimum vtriq; nostrum, summa
summa virtute, summa temperantia, modestia, sanctitate vita pre-
dictum, fane uicundissimum mihi fuit. Eundem autem videre tot
oppositionis iniurias, arq; alienaz impietatis & crudelitatis scelere,
inutiles, & tam graues coniectum calamitates, certe nō medio-
cere mihi molestem accidit: cum præteritum non amici solū
in eo commoda, sed Christianæ etiam Reip. vulnera, vno & eo-
dem tempore, dolere & miserari cogerat. Atq; ipse quidem, quo
animi labore, & qua erga Deum pietate munitus est, ferebat res
aduersitatis terroq; constanter. Ego vero qui nequaquam simili
virtute preditus sum, cum me afflictarem in eius acerbis casibus,
illo consolatore subleuatus sum, cui me afferre solaciū ma-
gi operebat. Atq; is unum diem apud me cum fuisset, ita a me
dilectus, ut præter præfittam meam de illo opinionem, nouam et
ampliacionem sua spectabilissimæ virtutis in animo meo re-
tinebat. Sed quo mea tamen in eius aduentu latititia foret vbe-
nire, me hancissime & mihi uicundissime litera fecerunt: quas
cum aule legetem sic familiariter scriptas, ita mihi Deum pro-
prium esse opto, vt omnes meos sensus intimos incredibilis que-
dam voluptas perentabat. Videbar enim mihi tecum tunc esse,
& in tuo illo familiari vultu regnare: cuius si mihi præfentis
fiscitatem fortuna tribuerit, crede mihi eos exigam fructus, qui
necesse quo pacto olim a me prætermisisti sunt, cum tua ita dulcis
amabilis natura nondum se milii totam patefecisset. Illud nol-
lam, quod in Epistola tua mihi nimis magnum imponis onus in-
testimoniū tui. Et si verum audire vis, is mihi vitus est in
sua simplici, & aperta scribendi comitate, quasi quidam nævus
intervenire: quod à nostris familiaribus epistolis absesse debet.
Nam si de eo, in quo me laudas, respondendum à me tibi sit,

Y 5 nihil

nihil ego video esse in me, quod non idem in te multò fu-
stantius. Alia præterea multa tibi egregia adiunt, quæ ego co-
memoraturus impræsentia non sum nec commissurus, & q[uo]d
te generi scribendi abstinere cupio, in id ipse genus innato.
Quare agamus inter nos, ut cœpiimus, cum liberè, tum an-
ter: ad quod (vt mihi intelligere video) vrerque nostrum an-
ra propensus es, quanquam aguntur a te omnia venustissime. En-
meum in Italiam reditum, nisi Pontifex istud, aut ad concilium
veneris, vñque in mensis Septembri differre cogito. De qua
re dedi ad summum Pontificem literas. Hic non definio & lego
& scribere: quid effecturus operis sim, nescio: meditor certe
clara. Sed non vt volumus (inquit) verum ut quimus. Quo
quid egero, utrū tuo quoque iudicio. Tu ut valeas mihi
fauissime atque amplissime, totumque me tibi addicturne
perflualum tibi habeas, amoremque istum tuum erga me
perpetuum conserues, te etiam atque etiam rogo. X. Calend
prilis, M. D. XXXIX. Carpent.

II.

I A C O B. S A D O L E T. C A R D I N A L I S
Nicolao Rudulpho Cardinali, S.P.D.

NOLI putare, me, quid ad te adhuc nil scripserim, nullis
memorem factum esse: non sic virtus tua nec mea natura
postulat. Nostra autem inter nos vetus necessitudo cum sum
mes erga te obliterantia coniuncta, etiam illud exigit, ut colo
te cum presens, tum absens, præcipuo quodam officio & in ipsa
benevolentia: quod facturus semper sum, abs teque vicissim
to, ut quem mihi amorem tuum multis in rebus practicabis
ad pro tua præstanti humanitate conserves: meque absens
omnibus rebus, quibus fuerit opus, defendas & tu care. Ego
quid vñ veneri, quo tunum patrocinium mihi sit expeditum,
confugiam ad te, nisi tibi id molestum futurum sit non propter
naturam quidem, sed propter occupationes tuas. Nam illa se-
per in te plenissima humanitatis fuit. Occupationes vero effi-
cient interdum, vt non sit nouis curis & cogitationibus loco.
Sed tamen in tuis assiduis studiis, procurationeque Reip. moni-
hil mihi loci vacare in tuo animo vñclementissime cupio: quod
mihi receptus vbi ad tuam fidem confugiendum erit: quod so-
lest in dies singulos contingere. Non sum oblitus, nec vñ-
quam obliuiscar, quibus me officis & benevolentie significans
nibus prosecutus fueris, cum proximè Romanum venire quo quidem
tempore non prius penè pedem in Urbe, quam in tuis benefi-
ciis posui. Cura enim potissimum ac diligentia tua domum egregia-

dructum arque ornatam ipso meo in ingressu statim sum nactus.
Quæna bonitas ac liberalitas altius mihi tum habet, quam ut
tunc si vero quis explicare. Non enim ego sum qui meum com-
modum magis, quam ipius modi autorem amem. Fontem
enim beneficiorum magis specto, quam ipsa beneficia: qui qui-
dem hinc amor est. Eunde igitur in me animum tuum si con-
sideremus. Rodulphus humanissime, gratissimo omnium & opta-
timus beneficio me affecteris. Sed ne multis, torum me tibi &
cuzierit benevolentie que dedo, atque commendando. Vale Idib.
Lanuaria 1579. Carpent.

III.

IAC. SADOLET. S.R.E. CARDIN. NICO-

lae Rodulpho Cardinali, S.P.D.

NON obliuione murius benevolentie nostræ, rarius ad te do-
litas, quam forsitan vñus veteris nostre coniunctionis po-
ficiat pudore quodam id sit potius quod vereor, ne tuis gra-
uibus curs in tempesu obstrepare. Nam mihi quidem otium est
ut me hinc absenti a negotiis publicis: si tamen in tantis calamiti-
bus Reip. otium cuiusquam aliquod esse potest. Sed tamen ex
alios voluntate non dependent actiones meæ, quas ipse mihi
ad suum arbitrium comparo. Itaq; mihi ad scribendum tempus
supeditat, & soleo ego amicos libenter salutare literis. Sed ea ut
dixi: motu detercor, quod metuo, ne occupationibus illorum
motibus interueniam: tuisq; præfertim, qui publicis negotiis pri-
ueratum tua & domestica addidisti. Non n. tu, vbi a senatu di-
misis es, referre continuò in otium, aut vñllam partem tempo-
ri delecta & cessationi das: sed Reipub. curas, illa domi præclara
arum optimarum studia excipiunt, in quibus atatem tuam re-
cepere collocandam putasti. Et autem hoc tempore non modò pru-
denter consilium, verùm etiam vñicum propemodum & solum
salutare parate sibi quenq; domi ad bene beatæq; viuendum co-
pias. Cenam in videamus quād labantur in deteriori quotidie-
nis publicæ, cur non domesticis bonis nos ipsos maniamus?
quād bonorum (ut in optimè nosti) caput omnium est, cū cetera
rām quidem liberaliū atrium, tum Christianæ imprimis Theolo-
gici scientia. Quanquam vos quoq; arbitror, sub sapientissimo
Pontifice aliquid isthinc opis atq; auxiliū cadenti Reip. esse reper-
turus. Evidem qui lēris rebus, & ex sententia fluentib. a strepi-
tūto Verbis & curie ab honoribus & pompis æquo animo ab-
stineam si quid durius increperit (quod quidem Deus omen
in barbaros hostes couerterat) promptissimè accurram: nec tam ut
pari in confilio vos inuenem, (istud enim in me exiguum sanè, &

parui

parui admodum momenti est) quam ut pietati mea erga
fatisfaciam. Sed ut ad id quod primo proposituram reuicta
pro maiorem in modum doctissime humanissimeque Rodolpho
ut me, sive loquentem tecum per literas, sive etiam tacere
manere tamen semper in eodem amore & obseruantia erga
tibi plane persuasum habeas. Vale. Carpent. VII. Calend. Dec.
M.D.XLII.

IV.

I A C T S A D O L E T U S C A R D I N . I O A N N I S A
uato, Cardin. S.P.D.

NE me forre putes tui oblitum esse, & quoniam de gloriam
brum, quem tuo nomine scribendum suscepseram, non
persequuntur, in alias me curas & cogitationes remotas a se
amicitiae memoria aduersum esse: accipe argumentum multog
ius, (ut ego arbitror) & utriusque nostrum personae accom
datius: quod ego de Extrictione catholicae ecclesie coris filii
tuoque id nomini dicaui, ut quoquo modo possem, tuis erga
meritis gratiam aliquam referrem. Huius ego openis duos nar
bros confece: sed cum prior liber aliquanto videtur esse limi
ot, ne duxi procrastinandum, quin mitterem eum ad te, ut pe
spicere primò quoq; tempore possem. Saluatae amplissime, quae
in intimis meis sensibus fortiter inhaereres. Videbant duo si
huc restare libri, quos ut absoluam atque perficiam, maxime
deinde mihi cura est. Sed omnino magnitudine rerum impeditur
vis ingenii nostra: et si animo quidem sumus alacres, sed
ipsi haud ita firmi. Est autem quod Deo habeatur nobis grata
quod hoc otium, quod oblatum fuit nobis, quasi fortuit, statim
expetendum, ut nobis diuina quadam forte donatum fuisse
deatur: quo in hinc curis, & (plédidissimis) ut ego indico am
mentisque agitationibus, traducere tempus possemus. Quia
quam non defluit in hac quoque licet exigua mea exhortatione
dilectionis procreatione, occasione honestissima, que virtutem
prudentiamque requirant: quam virtutem nos prestare sic posse
mus, ut ea & sapientiam nobis, & vehementer exquiratur. Sed tunc
cum illam animi iuetunditatem, que ex recte factis suam
percipitur, pricipue nobis propositam habeamus. Deo bona (et
scribitur) mentibus occurrente: nihil est: quod non illius opere
auxilio frexi, in nostro munere obundo, & suscepere posse, & age
te confidamus. Quod ad studia bonarum artium pertinet, quae
do quidem nec mihi in orio consenserendi confilium est, & illa
nunc praestantius propositum est quod agamus, potes existimare.
Saluatae, me & diuinis & nocturnis lucubrationibus ac vigilias.

sidem operam daturum esse, quo laboranti Christianae Recipien-
tium subdium per me repugnantibus temporibus, ac subuenienti
caudam capidas, & boni sacerdotis officium praeferre esse vi-
derem. In quo duplum alicuius fructum. Nam & religione pre-
fatio pietatem quam debo, & multorum ame insignium pra-
ficiuntque virorum, quorum mihi & viris & dignitas est cor-
digomena ac memoria literis mandabirur. Verum hæc posterius.
Illi ergo, vi cùm liber fatus apud te fuisse videbatur, Romanum
postulatum ad Contratenum nocturnum remittas: ad quem ego hac
de te scribo, ut ibi quoque tanti viri grauitate & scientia, & co-
ram quos illi adhibuerit iudicio, diutius perpendi & omni ex-
 parte circuiter possum. Quando quidem que de religione
iustitia sunt, non erratis solùm, sed etiam omni vel minima ero-
rum iudicatione carere debent. In quo nos libenter doctorum ho-
minum iudicia reprehensionesque subire semper parati sumus.
Te vobis optimè Salvatorem, & nos quod facis diliges. Carpent.
Viii Decemb. M.D.XXXIX.

V.

IAC. SADOLETVS CARDINALIS ALEXANDRO Cesario Card. S.P.D.

Nostrum auctoritate ad te antea quicquam literarū, quod
in ceteris non esset vila digna que scriberetur, inanem sermo-
nem hanc tibi iniucūdū fore paravi. Et si me quidem ad scribi-
mentum fatus stimulabat cùm mea insignia erga te obseruantia,
final & benevolentia: tum illud iudicium quod ego de tuis ex-
imis virtutib[us] præclarorum ianuapropter feci: posteaquam cognosce-
re ex te in lenitatu tua audiendis notandis que sententias, que tua
est in Christiana Reptamen, quam rectus sensus: ut prudens, &
præcautus explicandas, ex tuo ore manaret oratio. Verum, ut
dixi, tenus occupationem & grauitatem tuam, nihil adhuc ad
te fatus. Nunc cum & magna res mea agatur, (siquidem nihil
nulli ab his populis qui in fide mea sunt, esse difunctionem potest)
etiam non solùm autoritate & gratia, quam ego permagni fa-
cio, verum humanitate etiam & bonitate, magnam mihi spem
habeam propositam, ea consequendi, qua huic prouinciae salu-
taria esse possit: constitui scribere ad te, & tibi vel imprimis cau-
sum populum meorum commendare: omni te animi studio des-
picias, ut quamquam mea erga te merita nulla admodum sint,
tamecum equidem permulta esse, quo mecum erga te studium
quæ animum cognoscere potuisse: tu tamen nobilitate & libe-
ratate nature tua adductus, falso prius horum patrociniūm po-
pularum: atque in eis rebus obtinendis, quas ipsi iusta honestas
que

que petierint, sautorum illis & patronum apud summum pontificem praebeas. In quo non mihi solum rem gratissimam feceris tibi gente in perpetuum obligaris: sed confuso iam officio & dignitati tuae. Nam & nobilitatis est, plenioris minis beneficis comprehendere: & horum populorum in nostra sanctam apostolicam fedem ea est fides, tam infigis confiteare obedientia, ut non videam qui illis in hoc genere virtutis fidelitatis pares habendi sunt. Itaque quicquid illis datur, ad di apostolice & ecclesiastice autoritati datur. Quapropter tuæ etiam atque etiam fidei, benignitati sapientiae commendando. Quid postulent, & quas querimonias deferant, ipsa te legatum & suarum rerum actorem edocebunt. Nec tam magis uore malo premuntur, quam Iudorum, qui, incredibili quantis & quam variis hanc totam prouinciam damnis iniunque afficiant. **Q**uos ira ferre, vel ita fouere potius, non solius pleibus permisum est: sed nomini etiam nostro apud transmarinas nationes turpe. Verum tu hac melius pro tua summa pietate considerabis. Ego pro officio meo, & quod hos populos verè paterna charitate complector, tantum capio de communi & rebus eorum omnibus curam, vt maiorem certe de meis carere non possim. Quo etiam manus tuum erga me hoc beneficium futurum est, quam si pro meo ipso aliquid laborasset: cum hominum fulciperis defensionem, queru[m] mihi salus & tranquillitas in intimo corde penitus infixa est. De hac eadem reditum sacrum collegium nostrum literas: quas tecum iussi antea communicari, vt cum iudicafles reddendas, tum redderentur. Ut amplissime Cesarine, & mei absentis tibi q[ui] dedit illi, res recipue decet nobilitatem tibi habe commendantas. Iterum & ipsius Vale. Carpent. Pridie Non. Octob. M.D.XXIX.

VI.

JACOB. SADOLET. CARDIN. ALEXANDRO Cesarino Card. S.P.D.

QUA virtute, qua autoritate & constanlia, causam horum populorum in Urbe tutatus es, fuerat mihi quidem auctoripsum, imprimisq[ue] a Carolo Gualteruccio, qui & mihi amiculus est, & tuae amplitudinis (vt multis ex rebus cognoui) fidelissimus. Sed nouissime legatus prouincia huic reveritus, appetius omnia & certius explanauit: idemque demonstrauit. Ceteris suis, quod vetera iura & beneficia Romanorum Pontificum, cum huic nationi, pro singulari eius erga istam sanctam fidem, & obedientia sepius concessa, tributaque sunt, noua Pontificis approbatione firmata fuerint: tua id potissimum auctor-

te de gratia fuisse effectum. Quam legari orationem commemo-
rationemque maximis abs te accepit beneficii, summa ab his po-
pulis has & summa benevolentia consecuta est. Itaque nomen
eius tuum in magna nunc gratia & gloria est. Nos autem cogi-
tabamus, ut primum esset missis facta, conuocare totius pro-
vincie confluum, facereque omnes, earum rerum, quae in Urbe
essent gestae, participes. Quod cum fiet, si bene ego horum homi-
num annos perfectos habeo, non commissuros puto, ut in in-
gratos tantum tuum donum collatum esse videatur. Nec tamen
vita progedicetur, quam ut de fructibus prouinciae aliquid in
illam Vibem mittant, quod patronis & defensoribus suis opti-
mum suum animum possiat declarare. Sed huc quae aliena po-
tius sunt, parcus a me sunt praedicanda. Quod autem pro-
piciat me ipsum pertinet, cum intelligam, te in hoc patrocinio
populi meis praestando, magnam honoris mei habuisse ratio-
nem & ad tuam praestantem beneficiamque naturam aliquid mo-
menti & ponderis addidisse, eam benevolentiam qua me profe-
quenscum equidem, sed non inuenio apta verba, quibus tibi
agmina gratarum. Sed tamen quas oratione exponere non
possim, ut tibi aliquando rebus ipsiis referam, omni amore, fide,
studio, diligentiisque curabo. Quapropter hoc officium in tem-
pore illius magis commodum reiciamus. Ego, quod semper maxi-
mo opere optauim, posteaquam sum tua bonitate confectus, ut
in formam clientelamque recuperer: te rogo atque oro Cæsa-
rine gratiam illam, ut eodem erga me animo esse perseveres.
Principia mei absunt tuendi, atque fonsendi, à tua nunc libera
voluntate profecta sunt: fuerunt enim tota humanitatis & libe-
ralitatis tua. Nunc legem tibi ipse benignitatis constantiaeque
rullifigia quidem lege summi viri, & nobiles, & magnitudine a-
nimorum excellentes, libenter astringi solent. Quorum tu similis &
pia, etiam hoc genere virtutis atque officii nemini futurus es se-
cundus ut quis se tibi felicem addixerunt, eos tu semper tua gratia
autonomeque protegas. Ego quae meq; erunt partes, operam affi-
dus dabo, ut neque de tua erga me benevolentia, neque de mea
in rebus humanis rubore vñquam vñlo officiare. Vale. Carpenter.

Pro Non. Iulij, 1540.

VII.

IAC. SADOLETVS S.R.E. CARD. IACO-
BO Symoneta Cardinali, S.P.D.

ACCEPTE literas tuas, das XVIII. Calen. Septemb. cum tu
Vincentius id temporis esses: quibus summa cū mea voluptate,
non semel, neque bis, sed sepius lectis, in mente mei mihi venire co-
gitare.

352
 gitare, quid tu tibi tandem appetens, cum multarum iam sa-
 tiarum gloria laudique flores, nostras etiam artes nobis
 sum pum veneris; in quibus nos, qui aratam in illis cōsumpsimus,
 damus iam necesse est tuorum scriptorum vberat & elegan-
 Ita enim scriptae literae rite grauitate, ita ornatæ, ita copiose fu-
 ut non qua in iuris consulo, sed qua in summo requiruntur
 re copia facultaſque dicendi, ea in te omnis iuſit. Sed prodi-
 verum est quod dicitur, qui egregio ingenio fit praeclara, com-
 omnes artes, omnia disciplinarum genera, facilem adtra-
 tumque habere. Quod tibi doctissime Symoneta contingit
 inter iureconsultos nostra artis habeant omnium iudiciorum
 cultissimum: non contentus una lande, ut careris quoque in al-
 ingenio & liberalibus eminenter studiis tibi omnibus elabo-
 dum putasti. Verum mittamus hac que satis sibi ipsa per-
 testimoniū, meo ut testimonio nihil indigent. Ad illam ut
 eximiam praestantemque humanitatem convertor. Tantum
 queso, amori tuo erga me indulgere potius, ut cis me laudes
 afficeres, quia longè iustus conuenient in te, quam in plures.
 Etsi ego quidem illa legens, que tu mihi in tuis literis ubi
 gaudio quoddam afficiebar penè singulari. Non ea quidem non
 cognoscens, sed de tua in me tam insigni benevolentiā multa
 gratulans. Quanquam eo quidem me esse animo non iude-
 erga. Remp: quo tu prædictas. Sed multa nimis irum me deficiunt
 illi possum & utilitati esse, & ornamento, que ego à te petam. I
 vius fuerit: reque ducem mihi & autorem rectorum confiden-
 tam in ipso senatu, quam in careris rebus propositum habet.
 De oratione mea sic volo te existimare monita mihi emissa
 de tua placuisse, sed accidit eafus sanè mihi molestus ut in
 motu rerum, cum Roma migrandum nobis esset, iterque Noria
 versus ingrediendum, schedula illa deperierit, in qua anno-
 nes tuae prescriptae erant, cum falsas tamen literas ratae mox
 extulissent. Quare postea orationem meam relegens, quanta
 consequi membra potui, correxi ea omnia que tu minus protul-
 ras. Si quid forte à me tum oblitione prætermissem, eft, si quan-
 do edenda erit oratio, iterum ad te meam lucubratioculam ma-
 tam, ut de integro abs te corrigatur. Eius ego orationis vanum
 tum exemplum adhuc in Germaniam misi, ad Georgium Dom-
 Saxoniam: sapientem & piūm Principem: nullo meo interrup-
 mine, magno opere rogans, ut ea continetur domi, quædam
 suo ad me omni iudicio prescriferit. Alterum cogitabam pre-
 sumere mittere ad meos familiares doctissimos homines: sine con-
 iunctio tamen, & fine inscriptione: ut (qui) meus est mos: amorem
 iudicis mea scripta submitterem. Sed de his quoque satis. Tali
 mam incolorem peruenisse, nondum quidem mihi erat

... tamen confidebam, te iam venisse: itineris tui rationem
deum cum ipse supplicans, quomodo ea à te in literis tuis
scripta est. Sum tamen in aliqua animi solicitudine, & cura: quo-
ad certe cognouero, ubi sis, & num recte valeas: quod mihi pro-
ficiamur (vir debet) cura est. Ego in his locis hyemem hanc
commerabam, cum fratre meo, tum tuo etiam anantissimo con-
fratre adactus. Sed cum Farnesius summi Pontificis verbis atque
tutius per literas euocari, ad quas ego me excusans respondi-
te vellemento rogo, ut cauam meam apud Pontificem agas, me-
amus hic manutinem tranquillam & liberam; ad diem vique
coordinatus mihi auctoritate pretestes & tueare. Vale. Carpentera-
da VI Cal. Novemb. M.D.XXXVIII.

VIII.

IACOB. SADOLET. S.R.E. CARD. IACO-
bo Simoneta Card. S.P.D.

Venerissimā mihi literę tuę. Incundissimē solūm? immō er-
ramūtates. Quod enim te saluum mihi & solitatem nuntia-
re p̄ces mihi quoque incolimitas est restituta: de qua re, &
tibi gaudio, & mihi gaudio! Deumque supplex oro, ut te in o-
p̄mo fuit diutissimē valere iubear. In iis quod tuam mihi opem
& benevolentiam paratam semper ostendis, iandiu est cūm
ego iudeo, neminem me habere neque amicum nec patr-
nam, s̄cūm fidientis omni mico in negotio, quām ad te i-
p̄m conuicte possum. Quām facis tu quidem sc̄vus, quām
cōxōnies Alii enim prius pollicentur, quām quicquām pra-
ficiuntur beneficia liberalisq; natura bene mercari ante incipit,
dēmētian verbi benignitatis officia prosequitur. Sed hāc &
mīhi dīcta dūt, & fūs dicentur locis. Cūm quām adhī-
bēti consulefendo, laudo arq̄e probō, rēq; vehementer hor-
rōs, vñaliam tibi studium sit salutē tua p̄tius: quā ipsa quō-
ne nobis in anantissimis communis tecum est: & in ea tamen
di fons iudiciorum officiorumq; omnium. Signandorum libel-
lōnūs, fandorumq; iudiciorum, quod vñro tibi à Pontifice
Maximo delatum sit, non ego miror in hoc factum optimi Pon-
tificis cōscientia facere, si sue sapientiae constare voluit, fūt nec-
esse. Quā enim te pertinior in eo munere sustinendo? quis iūsior?
quis iūnūcūditor? Nec tuo commode gaudeo, res enim plena
di sollicitudinis & laboris: sed communi hominum vñlirati &
conceditati gravulor. Ad eum enim hominem ea collata est
prostes, qui & leīat, & vñlir ius vñcūque suum tribuere. Quare
tu quidem eadem & integratate, & prudētia hoc minus tradi-
bis q̄a cetera solitus es. Sed mihi accidit peropertū, vt quod

Z facta.

facturus fueram omnino, nunc propensius faciam: quando amicitia, & pfo æquitatis patrocínio, quod tibi cùm tempore, tum nunc maximè suscepimus est, (siquidem factus est magister æquitatis, qui eras antea fautor) confido fore, ut me huius populi facilis & melius, quæcumque equa postularint, conquantur. Quos notum tibi esse arbitror, quanta benevolentia quo amoris studio, iam inde ab initio, cum Dei voluntate fidei & curæ concediti fuerunt, amplexus sim: vere ut pacem in liberos charitati mea in illos benivolenti non cedat. Hugo nominis incommodis publice oppresi, maxime iniquitate & perfidia vexati Iudeorum; quos nimum multis iniquitatibus, priuilegiisq; insolentes, eorum calida crudelisq; auaritia hominum generi pernicioles reddit: mituit legatum ad velut à summoque Pontifice, & à sede apostolica remedia suis timidis vulnerib; querunt. Quos ego tibi quibus verbis commendare nescio: cum illud te scire velim, multò plus, in eos si beneficia contuleris & si eorum cauñas vt cognoscas & defendas his adductus, quam si in me ipsum eadem contulisses, membra unictum, obligatumq; futurum: quanquam fortasse non ei tua iam in me obligationi locutus. Sed tamen sic habeo. Ex omnibus tuis in me meritis, que plurima sunt, hoc me vel impræmagnum existimaturum. De rebus suis ipsi te edocebit, non ita manente, tua imprimis ope auxilioque nitentur. Eas et tuæ iustitiae fideique commendo. Dedi etiam ad sacrum collegium nostrum super hac re literas: quas tu leges & perpendas: tuo omnia arbitrio sapientiaque moderabere. Polus amplissimæ vir, certe incredibili quadam virtute animi & sanctitate vita probans, totus tibi deditus est, plurimamque tibi reddit salutem. Is in viam sedatus est hodie, aut cras, ut proficaciter ad vocem ego abeuntem desiderium non sine magna molestia perficiam. Vale, & me, quod facis, dilig. Carpentoracti, V. Calend. Octob. M. D. XXXIX.

IX.

IACOB. SADOLET. S. R. E. CARDINAL.
Francisco Turnonio Cardinali, S.P.D.

PRIMVM tibi ago maximas (vti debeo) gratias, quod europa & autoritate est factum, vt nos hic qui hybernis militi gravissime pressi eramus, Regis clementia & benignitate lenarem. Quod tuum in meos holce populos beneficium hoc inducere gratius, quam si in me ipsum propriè collatum fuisset, quod plus apud me ratio officii valet, quam commodi. Certe enim nullus de homini optandum, quod ego malum meum esse, quam coram

et custodiz ab ipso Deo crediti & commendatis sunt.
Iam enim nostri erga te declarandi aliis dabitur locus.
Nunc igitur occasio ut tandem tuam humanitatem requiram,
nam erga propensam sepe iam expertus sum. Albertus Pi-
etatis tibi quoque nomen propter virtutis & doctrinæ ex-
cellentiam, quidam est arbitror, istuc venit, adiutor Regem a-
liorum & cauus. Hunc ego tuę fidei humanitatęq; diligenterissime
commeendo. Anno enim hominem, idq; maiorem in modū. Nec
folimmo, verum etiam admiror. Facile enim intelligo, idq; ne
sabotiora dubito confirmare, corum qui ex ceteris nationi-
bus & literarum nomine ad cognitionem meam per-
venient, seminam neq; doctorem, neq; variis scientiis instru-
tum aq; ornatorem, quam hunc, mihi notum fuisse. Acce-
derit Theologia scientiam, qua mirabiliter est preditus, ad
enim conterit, qui maximè fanēti & salutares populo Chri-
stianū. Semper enim fidem catholicam, & ecclasiā Romana-
nam nostram ac & iuncta propagnatione, plurib. egregiis vo-
luntatis editis est tutus: vi hoc quidem nomine noster illi
est plenum debet. Quocirca eum ita se habeat res, tuaque
iudiciorum homines propensa semper & benefica extiterit vo-
luntate tamplissime Turnoni, & omnibus precibus rogo, ut
bonum in fidem & patrocinium tuum receptum, tua apud Re-
genpros, que maxima est, foueas & rucare: atq; ad eam beni-
ficiam, quam tua fronte illi esles p̄ficiturus, aliquid quoque
remaneat causa addas, quo milii facere nihil gratius potes. Il-
lud in extremo, si hominem hunc humanitate tua & liberali-
tate complexus: maximam gratiam ab omnibus iis, qui v-
eritatem optimis artibus dediti sunt, initurum te esse. Va-
lere posse, Idib. Nouemb. M.D.XLI.

X.

JAC. SADOLETUS S.R.E. CARDIN. AM-
broſo Catharino Polito, S.P.D.

Nox posui perfere diutius desiderium tui, quin sciscitares
experitas, quid ageres rerum, quomodo valeres:
quodcumque aquius fuerat me cognoscere ex tuis literis: tuaque
ad illos ergo me benevolentia habere testimonium: nec tamen
pro me totum tibi ex animo affluisse. Et si enim habes patronū
carmodi, pr̄ cuius ingenio, virtute, elegantia, nos tibi fortè
adire nobemur: tamen ut ille p̄ficituria & grauitate dignita-
tis & honorum te adiutum nos reddere potuit: sic humanita-
tatem & comitatem, qua singulari est preditus, docere te debuit,
ne esse abscentiam amicorum memoriam deponendam. Sed

Z 2 iam

iam serio, mi Catharine : cupio vehementer audire quid aga. lo
studii te esse arbitror : quod enim iam aliud tibi est negotium
Veruntamen si mihi aliquando indicasles, que tibi opera mea
sunt in manibus, valde mihi rem gratam medius fidus feciles. I
go hic quanquam familiaribus curis grauite implicatas, qui
multa necesse habeo extricare, que anteā contraxi : tamen de
bendi & elucubrandi curam non defero : volumenque conser-
vare quod si Deo bene iuvante ex sententia procererit, non nihil co-
te arbitrabor esse actum. Habeo autem propositum argumen-
tum, ut tu scias, de ordinib. & constructione catholicar. ecclie
reliqua iam tu nosti. Magna res est, meisque viribus longe super-
ior: sed tamen quoniam femei suscepta est, non est per agnatum
abicienda. In tanta re utr ope & confilio tuo cum opus fuerit.
Nunc volui te fieri particeps consilii mei, ut vides & animi-
uerteres, me ne in orio quicquid otiosum esse posse. Oritum pono
est ubi Roma non est. Sed haec hactenus. Tu ut me diligas, quen-
admodum quidem soles, valetudine in que tuam diligenter tra-
re, a te etiam arque etiam peto. Vale. Carpent. VIdib Decem-
ber M.DXXXVIII.

XI.

IACOB. SADOLET. S.R.E. CARDIN. AM-
BROFIO CATHARINO POLITO, S.P.D.

MAXIMA mea cum voluptate cum accepi librum, quem
me de peccato originis misisti in quo vi inscriptionsun-
lique indicant, sunt & alia praelata multa. Sed huius loci plus
cognoscendi summa quidem cupiditate sum affectus. Itaque
quanquam solennibus occupatisque diebus (hodie enim domi-
niæ mortis memoria recolitur) tamen cum hac pauca ferme
rem ad te ante lucem, iam bonam partem disputationis rur, no-
tum legeram quidem, quam eram helluatus. Tantam titulissimam
in me legendi cupiditatem excitarat, cum tuam prefertum lau-
brationem scriptoris autoritas & doctrina mihi magnopere os-
mendaret: & sane omnia inquitabiliter placebant. Sed ego ad aliam
accuratiorem & attentioriem lectionem me refero. Quid tu
men hactenus perleculum mihi est, & subtiliter & perdoce mihi
videtur scriptum. Tu quid facis, ut perpetuo facere possis, du-
um immortalem quo, ut te diu nobis incolumem conferens
multa enim profecto tuo isto singulari ingenio, quo in ob-
scuritate diu iacterunt, poterunt illustrari. Vale.

& nos dilige. Carp. XXV. Apr.

1541.

IAC.

XII.

JAC. SADOLET. S. R. E. CARDIN.
Amboſo Catharino Polito. S. P. D.

Certe literas suas plenissimas amoris: quibus à me petis,
Audeo nō libro, quem de originali peccato edidisti, & quem
petrum maxima mea cum voluntate, impeditissimis diebus
dilecti, nequati deuorasse ad te scriperam, proferam tandem quid
dilectum scelum meum tibi explicem. Addisque humanissime,
quod mihi, quod minus mihi placet, te mihi aut ratione, aut
convenienter facturum. In quo agnosco equidem æquita-
tum de faciliatem tuam. Sed non est de hoc controversia; quid
mihi in uterque placet; aut secus: cūm omnia mihi tua per-
petraveris, dux ingenuum in illis, sive in dicendo lepos & copia,
dixi enim, quas tractas, eruditio subtilitasque pendatur. Il-
lud est, quod mihi a me indicandum esse puto, cūm perlegiſsem li-
berum, vobis quidem mihi esse, tuam opinionem, & senten-
ciam illi, rei cuius non posse: rumpita est vis in argumentis, tan-
ta enim est le spus rationum contextus, tantum acuminis
probabilitatis in dicendo. Sed vt solent qui vincēti sunt, habere
eatenac conflictum corpus, & ad eius nutum necessariō para-
tum vos confinxerit: quosdam tamen motus in choartos &
in pectus enīlē corporis fibi retinere, quibus frustra & ina-
ximabili: sic mihi, cūm mea mens & cogitatio tuis argu-
mentis capta & colligata esset, restabat tamen adhuc in animo
nō eū dubitacionis & scrupuli. Itaque cum tuum librum
in unū legimus, ad tertiam ciuitatem lectiōnem me parabam:
quād postea liquidus totum animi mei sensum cogitatum
excepimus. Sed scito hac muratione rerum, quae incidit in
michi legato superiorē vita funēto, nouoq[ue] suffecto, tantum
mihi honestus & negoij contractum' esse, vt non modō legendi,
aristotelem, sed ne confundendi quidem vlo certo in loco fuerit
potest. Cogor enim homo omnium quietissimus, meorum in-
tendit populorum causa, hoc est, eorum qui mīca fidei & curæ
victoribus, non mediocreis arūmas & solicitudines capere.
Quod si mihi dabitus orium, aut tu forte aliquando in has
regiones te conculceris, aut ferius inter nos, aut corām commun-
icabimur ea quae de hoc p[ro]prio originali peccato, vel dubitanda
nobis, vel comprobanda videbunur. Nunc tibi hoc significo &
narrabo: acciū tuu[m] libello doctius aut ingeniosius quicquam,
acciū segmento quod tractas difficultius videri posse: & super-
stitionem adhuc quiddam, quod mihi a te cupiam diligenter
exponam. Nam speculo ille tuo hæreticam (tertium enim li-

brum de vera iustificatione nondum legi, eisdem, de quibus in
angoribus animi impeditus) possum tibi confirmare; nihil me
vñquam nec cruditiis legile, nec quod cum singulari cun-
que doctrina, plus etiam prudentia & vera religionis con-
cium habeat. Vale, & nos dilige. XIII. Calend. Junij, M.D.XII.
Carpentoracii.

XII. I.

IAC. SADOL. S. R. E. CARD. AM-
broſio Catharino Polito, S. P. D.

VT primùm orium & tempus scribendi nactus sum, dum te
rescribendum eis literis, quas ego abs te superioribus diebus
mihi iucundissimas accepi. Atque eo magis dixi, quod cum legi
sem iterum ruitum de perfecta iustificatione librum: atque eodem
tempore binæ ad me ab Urbe effient allatae schede, in qua-
bus erant perscripta capita, de quibus in contento Raciborii
inter Theologos nostros & aduersarios conueniens dicebatur fe-
ci? intellectu tuam sententiam, & illiusmodi concordia discrepa-
re. Quia in re mea semper opinio tua ratione, quae in scriptis tu-
sæ ostendit, suffragata est. Nunquam enim mihi perfidient po-
tuit, fidem solam per se sine operibus bonis ad adipiscendum ro-
gnum Dei idoneam censeri debere. Tu videlicet & doctus & ex-
plicatus ista disceptas. Sed mihi tecum eadem rei summate, u-
iudicem, ad veram iustificationem fidem cum operibus confa-
ctam esse oportere. Et scripleram quidem ipse quoque ad Vibem
quid mihi sentiendum in hac causa esse videbatur: cuius mea
pagellæ misseram ad te exemplum, ni omnia in tuo libro meo
diligentius emoda declarataq; reperiisse: qui liber mihi infor-
matus probatus est. Misisti autem earum exempla pagellarum, que ad
me ex Urbe perlatæ sunt: ut videceres, & animaduerteres, e quid ei
concordia Christianæ rei utilis & salutaris habeti debet. Ve-
rum tu hæc considerabis diligenter. Ego tuam de prouidentia &
prædestinatione lucubratione summo opera exspecto: spero enim
haec hæc me inde nitidissimas aquas, quibus mea diuturna fa-
tis, & illarum rerum auditas cognoscendi, summa mea cum
luptate aliquando explerat. Tui, queso, da operam, ut illam glo-
rifico quoq; tempore accepimus: quod facile tibi erit factu, pro-
pter ea quod inter bibliopolas Lugdunenses & Parisienses fre-
quentia est harum rerum commercium. Ego ut scripsi ad te antea,
a literis aliquandiu feriatus fui, & nunc vestitus caloribus impa-
dior, quo minus (quemadmodum velle) ad earum confabu-
dine me referam: quod tamē paulò post video esse factum. Tu
quod Lugduni commemorari anā hunc statueris, mihi valde gra-

LIB. XIV. E P I S T . X I V . 359
nec sp̄cūm nōn h̄b̄o forē ut interdum nos (quod com-
mune facere possis) iniūcas. Illud me pupugit in extrema tua
gratia, quid optimum & cōmūnūtissimum collegam meum
Nicolam Gadūm, laborare febricula scripsisti: quo n̄ihil mihi
poteritcedere molestius. Incredibile est, quāt̄ ego illum, quan-
ti fūmin illius humānitatem, mīflimos mores, imprimisque
acutum mī & p̄f̄ectam erga mē benevolentiam faciam. Qua-
propter mē mas, vīse eum quamprīnum mēo nomine, meis-
quārē māntīfīmē saluta: & hortare etiam atque etiam ut
omnē eum & diligētiam ad conualescēdū adhibeāt. Abs-
tinet p̄co, quālēq̄ ut primo quoque tempore facias cer-
tū. Tūle. Exsuburbano nōstro Carpentorātensi.

X I V .

JAC. SADOLET. S. R. E. C A R D I N.
Hermannus Archiepisc. Coloniensis, S. P. D.

Vñ legīem commentarios, quos tu de concilio episcopō-
Cū provincia tū, more majorum per te habito acto que,
de concilio morib⁹s facerdōrum, de que ecclēsī sacramētis
etimātū fūp̄antissimi confisi, eiusque actionis, qua nulla
mōt̄ b̄tēp̄tē, nec Christianæ Reip. v̄t̄līor suscipi potuit;
utinam in modū benevolentiam erga tē meam, quam
alio de cauſe conceptam antē habebam: tēque & magnum
vīnum ap̄q̄m antīlītē, omniq̄; honore ab omnībus digni-
ficātū. Non enim solum tū primus aliquot iam seculō-
mōt̄ fūc̄ ad rītē & sanctē gerendum facerdōrum tuum,
mōt̄mōt̄ ip̄sūlītē, que antē ob diuturnam defuetudinē, tan-
gū mōt̄dūfūlītē ſiribus penitus era obſcepta: fed etiam
temētēplūm illoſtē pr̄abuſtī, tē imitarentur, si qui vel-
lōt̄t̄lītē ſirib⁹m in cordib⁹ pīetas & religiū Christiana locum
mōt̄p̄t̄lītē. Nec tamen omnībus hoc liberū fortasse, nec
per auctorām conciliorū conditio eſt. Vidi enim ego, cūm in
Ricardū, & cūm in ſenatu nōstro hāc de communi omnīm
Episcopōrum concilio habendo, cauſa ageretur: multa reuera-
bilem impedimenta, que Pontificis Maximi ſtūdium retardar-
at. Sed tamen ego & ianc ita ſenī, & nūc ſentio, aut vna hac
tempore conciliū ſite congregandi, ſubueniri poſſe his tot̄ incom-
modis quotidianiſq̄ deterrimis, quib⁹rgetur & ad interīū agi-
re Christiana Reip̄b. aut ſi hoe remedium non ſit profūrūm,
aut alio homini confiō a peſte ſummi exiū Remp. poſſe pro-
b̄t̄. Non enim ſi conciliū caſtē legitimeq̄ habitiū non prode-
piāt̄ ſi expedīda medicina que op̄e ferat. Sed illud certē ab

Z. 4 omni-

omnibus, nobis existimandum, Deum incensum deliciis nobis
reposecentemq; a nobis scelerum & peccatorum paenam, quaeque
ad summum intelligat esse perducta, supremum iam decreme
de interitu nostro fecisse. Quapropter occurrere illius incautio
nos oportet, & precibus acque operibus quæ a vera humilitate
nobis, vera religione, vera penitentia veteritia malefacione
nouaque in quentis vita integritate & infinita proficisciens
antecurere vindicantis seueritatem, cuius lenitatem toleran-
tandiu despeximus. Hoc enim si getsumus, & configuratum se
ipius misericordiam, genitusque eos ediderimus, quos accepta-
cati dolor a nobis expresserit. Necetur ipse, & vt bonus est in-
nitè, ac misericors, conuertitur ab ira sua, simulac nos conuertat
a peccato senserit. Quo nōcibis reconciliatio acque placato, cel-
lunt continuo ista quæ nos domi forisque perturbant, non fo-
lium hostilis armis crudelitatis, sed etiam venena domes tiae pe-
fidia. Verum hæc reconciliatio nullo alio profligat puto vniuersa
& integra commode fieri potest, nisi generalis concilij quodan
quasi ferendo foderare sanciatur. Nam si vniuersalique arbitrio
(id quod serè nunc sit) sua vita correcatio permittatur: primis,
haud ira mulciunt, qui sua sponte mouentur ad pię religione
que viuendum. Deinde, quam multos esse existimamus, qui in
rectum nesciant: quam multos, qui in hoc viatorum regno que
nostra hac ex parte plurimum possunt dignitate multa habentur
licere, quæ tamen improbanda & reprehendenda fiant.
De quibus eis postulare a sacris literis, & carum gaaris ac penit-
doctribus admoneri: ramen in hoc penitenti communi generis
mani ad vitia consensu, obstrepit bonis & veris admonitionibus
mala consuetudo, magisq; plerique mores suos ex prauis corna
qui præstunt moribus, quam ex corundem proba oratione effi-
guar: cum præfertim seueria lex nulla sit, que homines à delin-
quentio coercent. Quanquam non defunt quidem leges seueras
& graues: sed carum fidi custodes profecto defunt, detinuntque
iamdiu: ita vt non prauis solum, & vitia ipsa confundunt nescianti-
bus: sed etiam careris, quos bona disciplina fortasse, si ceteris
hibite, efficere bonos potuisse, ampla prebita sit occasio, vel
lecebra potius, corrupte, inquinanteque viuendi. Quibus omnibus
damnis & derrimenti, diuinæque una aduersum nos ira me-
deretur sine vila dubitatione Concilium, quod & ritè indictum
est, & exinde bona ageretur, si in id non solum à Rom. Pontifici
& a nobis, verum etiam à reliquo Christianis principibus
conueniretur. Quod enim publica utilitas causa comparatum
est, omnium debet assensu & comprobacione firmari, præferim
que corum, qui opibus & potentia antecellunt, quorum ceteros
possit autoritas permouere. Tale igitur si haberetur, celebraro-

super concilium, non dubium est, quin aspirante bene cooptis
cum Deo, hominum studiis consentientibus, misera & infelici
perfekte acutus status conditione demonstrata, facilis esset &
panus Christiano nomine malorum morum emendatio: quod
& veteres leges sanctae & salutares de integro fancientur, &
nos promulgarentur: malis penarum & ignominiarum me-
tris, certi exemplis doctrinaque sacerdotum ad vere pietatis &
religionis regia Deum officia redigerentur: totaq; consentiente
in sanctis Dei, & in correctionem Christiani populi catholica
conclavis, multis personis, ut est ab Apostolo Paulo dictum, mul-
tiplices peccata & gratae referrentur ad summum Deum. Quod si
loc nolo contra iurafacte Concilium non possit (video enim tem-
pore, video difficultates) multum sit omnino de spe nostra de-
finitum. Sed tamen si qua reliqua ratio in iri queat, non tam con-
tinuitate nostrae quidem nec stabiliente, quam ad tempus ali-
quot latitudo salutis: ea mihi in isto potissimum concilio
naturae polita, cuius tu initium in tua prouincia fecisti, rem
ex munere palcherrimum & Deo acceptissimum es auctoratus.
Locum stans post Christi Dei nostri adventum ad nos, missio-
nario Apollolorum ad exterias gentes, nulla magis re cre-
dula, amplificataq; est Christianam & religionem & Remp-
tum in provincialibus Episcoporum contentibus, qui per na-
tum & prouincias annuerteri siebant. Qui mos iam pridem
vix plausus alius optimis & probatissimis, penitus extin-
ctus, nra defiderat nos cogit veruula tempora, quam hodie
invenimus. Hunc igitur sanctissimum omnium & praeclarissi-
mum quod tu in lucem & vsum reuocare conatus es, tuus q*ui*
vota & religionis exemplo, tanquam quedam alte sublato lu-
ce, ac ostendisti, aut certe in singulis dies es ostensurus, qui
fatu Christiano sacerdotio Archiepiscopi aut primates illo ho-
nore a teo digni, & qui secus: vere tibi dicam, Hermanno opti-
me, laudabilime nulla mihi laus videtur cum tuo isto facto
poti comparari. Et si non his quidem rebus & actionibus laus
volum queritur, sed ad Deum sunt directa huicmodi consi-
lii, quia non framerces, nostrum praemium est: & cuius in
fando nomine que geruntur, ea sola & recta & gloriofa sunt.
Quia quidem Dei immortalis & omnipotentis remunerationi
supradictio quonia sunt bona hominu opera reseruata, ex quum
et nos hic de illis parcius commemoremus. Venio nunc ad sa-
cramentorum librum, quod tu Enchiridion appellas, cuius sum
ad hanc incredibiliter deleatus. omnia enim que pro Dei cau-
la & catholicæ fidei & religionis propagnatione, aduersus illius
enemicos & obsecratores afferri posseunt, sunt a te in eo libro ad-
summi collecta: talibusque explicata cum verbis, tum sen-
tentias,

rentijs, ut cum summa rerum in illis diuinarum cognitione, foliis
planè animus, & in docendo redargendoque singularis mo-
destia coniuncta apparat. Quæ scribendi ratio verè Christiana
est. Non enim tantum in verbis pietas, sed etiam in moribus mul-
tè magis requiritur: in quibus vixor quoque Christi est imita-
tio: cui cùm malediceretur, ipse nemini contrà maledicetur.
Proinde sit hæc aliorum propria insolentia clamare, maleficien-
tia coniuta facere, & in iuchi petulanter: arq; vitam ne sit quidem
à cunctisq; potius & animi æquitas, & studium amplectenda re-
ritatis adhibeat. Nos sanè mansuetudinē & Christianam char-
itatem teneamus, quæ à te mirificæ in tuo libro retenta est. Lu-
que mihi non solum admirari & laudare doctrinam tuam, sed etiam
morem diligere necesse est. Es enim tu, quod hoc tempore
rarium est, non solum scientia, sed etiam vita Christiana: quoniam
nobis imaginem prestantis & virtutis & eruditiois tue, tua figura
repræsentant. Atque hæc haç tenus. Vnum tantum in tuo li-
bro est, quod ego desiderarim, quodque mihi percontatio de-
gnum vilum fit. Sum enim tacitus mecum non nihil admiratus
quòd tu capite eo libri tui, in quo de sacramento penitentie ver-
ba facis: ubi ad tertium illius membrum, quod satisfactione chy-
nitur, nullam proflus in co mentione purgatorijs facias, cum &
hoc maximè locus ille require videatur, & nos cum Catholica
Ecclesia vna teneamus, illa satisfactionis opera non tam ad decli-
nandas temporarias peccatas, quas in hac vita a nobis pro peccatis
nostris Dei severitas reproscit, quam ad leuandas illas & mitigan-
das, quæ in altera vita nobis purgandis proponuntur, vim habent.
Nisi hoc fortasse tu eodem modo intelligis, in penasq; tempo-
rarias etiam eas includis, quæ subeuntur in purgatorio igne. Et
cum temporarium, quicquid non est æternum. Veruntamen (et
mihi videtur) oportuit in eo loco aliquam purgatorijs fieri men-
tionem: ne aduerariis in hac re fidem Catholica Ecclesia impug-
nantibus, quæ quodam silentio victoria traduceret: qui iniuste
certe & fine ratione insimulant Ecclesiam. Nam si remissa nobis
culpa à misericorde Deo, pena tamen aliqua reflat, quæ solu-
da sit, ut tu quoq; piè religioseq; confirmas: non potest huic modo
di poena ex his tantum hiuus vita temporalibus incòmodis cen-
seri. Primum quia hæc incommode Christianis hominibus au-
tempera mala sunt, sed habent plerunq; virtutis in se & patientia
exhortationem: ut sape a Paulo repetimus legimus, et ipsius
bonis inferuntur à Deo, quæ malis. Si quidem oportet Christi
señatores multa in hoc pari seculo, ut confirment erga se promis-
siones Dei, quemadmodum scripture sacra multis in locis testi-
tur. Deinde multi, qui grauia & improba multa admiserunt, pot-
erant redicunt ad cor, & ex penitentia in gratiam sunt restitu-
ti.

penas tamen hæc in hac vita effugerunt: in quo esset quædam
quæ in infinita summi iudicis, si nullas vñquam hi soluerent pec-
catorum penas; & nimur nisi peccata in purgatorio abeunti-
bus sit iudicium: sed dicimus, ut hæc vita, quanquam à culpa absolutus, sit proposita;
(hanc penam appellande sunt, que non puniunt, sed purgant)
vixit vacillare Dei severitas, & iustitia: cuius ratio reddi ido-
ceremus. Nonnulli, quamobrem ex eodem scelere hic in hac vita à
Deo cogitare, & in purgatorio æqua fit omnium compen-
satio Dei: cuius esset erroris accersere sibi quæpiam pre-
sumta corporis incommoda, vt futura in hac eadem vita deuita-
mentum, alere, sudare, bona sua clargiri: vt paupertatem
in palam effingeret, vt arumnam, vt virginiam, vt famem, præ-
sumtum que fortior non essent eventura, sicut non omnibus
exiguntur, eventuntur? Non cohærerent ista, si effugienda
in hanc tantum vita temporalium peccatum causa penas
culam nobis in satisfactione, voluntarias adficeremus. Sed
ut opere latitudinis fulcipiuntur omnia, primum obediens
et humilitatis causa: Deo enim & sacerdoti sive præcipienti
admetemus: deinde, vt aliquo nosfit hic corporis incom-
municatio aut tollamus omnino, si forte datum sit, aut certè mi-
nus deinceps vita purgatoria penas: carumque aut magni-
vitam, aut longaquiratem contrahamus. Quia positor mihi
non si intentant Ecclesia semper visa est, quare nobis sacerdos
confitebitur peccata nostra, opera illa satisfactoria post absolutio-
nem ipsorum: que etri valent, aptaque sunt ad nos in bono mo-
ralia pieque agendi, magis confirmandos, quod & confi-
rmatorem via, cumque Ecclesiasticis ceteris doctoribus sen-
tientiam id potissimum in illis spectaculum est, vt quoad possu-
mus post extremum diem, semper abundante erga nos Dei mis-
ericordia, aut nulla aut leua purgatorijs ignis cruciamenta per-
ficiamur, cum coram iam nonnullam in hac vita eiusmodi operi-
bemus parvem. Hac habui Antistes optimus & præstantis-
tate, que sibi a me putarem literis esse declaranda: qui & exi-
mius virutibus mirabiliter saevo, omniisque tibi cultu & be-
nevolentia sum deditus; & in qua re aliquid a te prætermisum
penam, a genere de eo tecum & liberè loquendum arbitror. Tu
autem erga dignitatem tuam studium amoremque singularē
punit in me voluntate exceperis: efficiam profecto, occasione
plena, vt neminem tui amantiorē quam me facile repe-
nas. Vale, Carpentorach, III. Calend. Decembris,

M. D. X L I.

IAC.

IAC. SADOLETUS CARDINALIS
Ioanni Hurtado Mendoza S.P.D.

IACOBVS, & Martinus Monachi Hispani, duo (quae) ego ex breui cum illis sermone perspicere potui) religiosi mones, & egregie prudentes, cum a superiori vique Indiae in nostras regiones, adeundi conuentus causa, qui ipsorum ordinis in Italia indicus est, se conferrent: mandatum sibi abs tecelesserunt, ut hac haberent irer, mibique salutem tuis verbis darent, & de tua erga me insigni benevolentia narrarent: quia quidem non solum ex corum sermonibus testimonio cogui, sed ex tuo eruditio & pereleganti carmine, quod ad me multo aliquando etiam luculentius. Vidi enim & perfacti explorpatate tuo, & quam ingenio valeas, quamq; sis liberalibus artibus instruclus, & quantum me, quanquam tibi de facie minime cognitus, diligas. Quorum alterum facit, vt tu & mea, & omnium benevolentia dignissimus meritò iudicere: de altero ago tibi an habeo magnas gratias. Non enim mediocrem animi voluptatem capio, cum sentio, me à rali virto, qualis es tu, & probari, & diligi. Quod si me non indignum his studiis, quibus vterque nostrum deditus est, existimas: debes hoc tibi persuassum habere, ne non concilierum tibi effe, vt in amando sis superior: sed quod & communis humanitas, & mea natura impensis postulat, & minia me facturū, si oblate fuerit occasio, quamobrem tu deinceps te voluntate nō minora indicia habete positis, quam ego habeo de tua. Quare, quod iudicem Monachi mihi exposuerunt, cuperem te quandam tuam lucubrationem à me perlegi, & meum de ea iudicium tibi indicari: utnam quidem aptus sim ad id prestatum quod tu requiris. Sed certe quicquid in me est vel ingenium, vel facultatis: et si est exiguum, tamen ita tibi torum prompsum & paratum est, vt eius ad tuum omne arbitrium reuocandi, & quounque libererit tibi, convertendi, summan habeat potestatem. Hunc ego animum cùm nobilitati debo & praestare, virtuti tua, tunc ipse præcipue amori, quo iam tibi in perpetuum sum devinclus. Valc. Carpentoraci, X VII.

Calend. Aprilis, M. D. XL.